Es contrario á la costumbre eclesiástica que aquellos que hubieren sido consagrados de presbíteros ó diáconos reciban el remedio de la penitencia por la imposición de manos; doctrina que sin duda alguna dimana de la tradicion apostólica, pues está escrito: *Si peccare el sacerdote, ¿quién rogará por él?* Por lo que para que semejantes lapsos merezcan la misericordia de Dios deben retirarse privadamente á donde la satisfaccion les aproveche, si fuere digna.

III.

Que los diáconos, lo mismo que el obispo y presbíteros, deben abstenerse del matrimonio, pero no repudiar á sus mugeres.

La ley de la continencia es igual para los ministros del altar que para los obispos y presbíteros; quienes mientras fueron legos ó lectores pudieron licitamente casarse y procrear hijos; mas despues de haber llegado á los referidos grados empieza á no serles lícito, lo que antes les era. Por lo cual, y para que el matrimonio carnal se convierta en espiritual, conviene que no despidan á sus mugeres, viviendo con ellas como si no las tuviesen, de modo que se conserve la caridad del matrimonio, y cesen sus efectos carnales.

IV.

Que es distinta la muger legítima de la concubina, y que no comete yerro aquel que diere en matrimonio su hija al que tiene concubina.

No toda muger unida con un hombre es muger legítima, así como no todo hijo es heredero del padre; pues que los matrimonios entre los ingenuos son legítimos, y entre los iguales, y por voluntad del Señor ya era así mucho antes de regir el derecho romano. Por lo tanto, es distinta la muger legítima de la concubina, así como es distinta la sierva de la libre: tanto que hasta el Apóstol, para indicar la diferencia de estas personas, se vale

ubi dicitur Abrahæ: *Ejice ancillam et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio (meo Isaac) liberæ.* Unde quum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem haberet in se Christi et ecclesiæ sacramentum; dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium (*ministerium*). Igitur cujuslibet loci clericus si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam conjugato dederit, nisi fortè illa mulier et ingenua facta et dotata legitime et publicis nuptiis honestata (5) videatur (a). Paterno arbitrio viris injunctæ (6) carent culpa, si mulieres, quæ a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt, quia aliud est nupta, aliud concubina.

V.

Quod non sit conjugii duplicatio quando ancillâ-rejectâ uxor adsumitur.

Ancillam a toro abjicere, et uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii sed profectus est (b) honestatis. Culpanda est sanè talium negligentia sed non penitus desperanda, ut crebris cohortationibus incitati, quod necessariè expetierunt, fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est, quia nonnumquam quod diffidentia ætatis differtur consilio maturiore perficitur.

VI.

De communione privatis, et vita (ita) defunctis.

Horum causa Dei judicio reservanda est, in cuius manu fuit ut talium obitus (non) usque ad communionis remedium differretur. Nos autem, quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

VII.

De his, qui poenitentiam (c) agere differunt.

Dissimulatio hæc potest non de contemptu esse remedii, sed de metu gravius delinquendi. Unde

(5) Ex reliquis præter Alv. in quo: honesta.  
 (a) Este miembro no está con razon unido á los anteriores, pues no hay mutua dependencia: por lo que es mejor ponerle como lo hacen los códigos extranjeros con numeracion y epigrafe distintos, siendo aquella el cap. V, y el epigrafe el siguiente: *De puellis quæ viris concubinas habentibus nupserint.*  
 (6) Æm. Bib. Reg. Esc. 3. Tol. 1. 2. Ger. junctæ.  
 (b) Lo mismo decimos de la union del primer periodo con

del testimonio del Génesis en donde se dice á Abraham: *Echa á esta esclava y á su hijo, porque el hijo de la esclava no ha de ser heredero con el hijo de la libre.* Y habiendo sido ordenado el matrimonio desde un principio, de suerte que además de la union de los sexos comprendiera el sacramento de Cristo y de la iglesia, no hay duda en que aquella muger no pertenece al matrimonio, en la que se sabe no haber intervenido misterio nupcial. Por lo que el clérigo de cualquier lugar, que diere en matrimonio su hija al que tuviere concubina, no debe entenderse que la ha concedido á un casado, á no ser que aquella muger sea ingenua, y haya sido dotada con arreglo á las leyes, y condecorada con el público matrimonio. Las que se casan por voluntad de sus padres carecen de culpa, si las mugeres que tenian los varones no estaban casadas con ellos, porque es distinta la casada de la concubina.

V.

Que no hay doble matrimonio cuando se toma muger legítima despidiendo á la sierva.

No es duplicacion del matrimonio, sino progreso hácia la honestidad, el separar del lecho á la sierva, y tomar muger de nobleza cierta. Es culpable en efecto la negligencia de semejantes sugetos; pero no hay que desconfiar enteramente, pues que movidos por las frecuentes exhortaciones consiguen fielmente lo que por necesidad pidieron. De ninguno pues debe desconfiarse mientras viva, porque alguna vez lo que se difiere para mas adelante confiando en la edad, se perfecciona con consejo mas maduro.

VI.

De los que están privados de la comunion, y de los difuntos

La causa de estos debe reservarse al juicio de Dios, en cuya mano estuvo dilatar la muerte de estos hasta obtener el remedio de la comunion. Mas nosotros no podemos estar en comunion con aquellos que ya han muerto, si no lo estuvimos mientras vivieron.

VII.

De los que dilatan hacer penitencia.

Esta dilacion puede provenir no del desprecio del remedio, sino del miedo de delinquir mas

lo que sigue: pues la materia de ambos es diversa: y el epigrafe que lleva solo aprovecha para el primer miembro, debiendo al segundo ponerle el siguiente: *De his qui in aegritudine poenitentiam accipiunt, et cum revaluerint agere eam nolunt.*  
 (c) Este epigrafe está mutilado; pues solo espresa parte de lo que contiene el capítulo, debiendo restituirse de este modo *De his qui animo deficiente poenitentiam accipiunt, et ante communionem moriuntur.*

poenitentia, quae dilata est, quum studiosius pe-  
nita fuerit, non negetur, ut quoquo modo indul-  
gentiae medicinam anima vulnerata perveniat.

VIII.

Quòd oporteat eum, qui pro illicitis veniam poscit, etiam  
a multis (d) licitis abstinere.

Aliud quidem est debita justa reposcere, aliud  
propria perfectionis amore contemnere. Sed illicito-  
rum veniam postulantem oportet etiam a multis  
licitis abstinere, dicente Apostolo: *Omnia (mihi)  
licent, sed non omnia expediunt.* Unde si poenitens  
habet causam, quam negligere fortè non debeat,  
melius expetit ecclesiasticum quam forense ju-  
dicium.

IX.

Quòd poenitenti nulla lucrà negotiationis exercere conveniat.

Qualitas lucri negotiantem aut excusat aut ar-  
guit, quia est et honestus quaestus et turpis. Ve-  
rumtamen poenitenti utilius est dispendia pati,  
quam periculis negotiationis obstringi; quia diffi-  
cile est inter vendentis ementisque commercium  
non intervenire peccatum.

X.

Quòd ad militiam secularem post poenitentiam redire non  
debet.

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis  
post poenitentiae actionem redire ad militiam se-  
cularem, quum Apostolus dicat: *Nemo militans  
Deo implicat se negotiis secularibus.* Unde non est  
liber a laqueis diaboli, qui se militia mundana  
(7) voluerit implicari.

XI.

Quòd adolescens si urgente quocumque periculo poeniten-  
tiam gessit, et non se continet, uxoris potest remedio sus-  
tineri.

In adolescentia constitutus si urgente aut me-  
tu mortis aut captivitalis periculo poenitentiam  
gessit, et postea timens lapsum incontinentiae  
juvenilis copulam uxoris elegit, ne crimen forni-  
cationis incurreret, rem videtur fecisse venialem,

(d) Tambien se espresa así esta pregunta: *De his qui poe-  
nitentiam professi sunt, si in foro litigare coeperint.*

gravemente. Por lo cual la penitencia que se difi-  
rió, si se llega á pedir con grandes deseos, no  
debe negarse, para que de cualquier modo el alma  
herida llegue á utilizarse de la medicina de la  
penitencia.

VIII.

Que conviene que aquel que pide perdon por haber practicado  
cosas ilícitas se abstenga tambien de muchas cosas lícitas.

Es muy distinto pedir lo que con justicia se debe,  
que despreciar por amor á la perfeccion las cosas  
propias. Mas conviene que aquel que pide el  
perdon por cosas ilícitas se abstenga tambien de  
muchas cosas lícitas; pues dice el Apóstol: *Todo  
es lícito, pero no todo conviene.* Mas si el penitente  
tiene una causa que acaso no deba despreciar, le  
conviene mas ventilarla en juicio eclesiástico que  
en forense.

IX.

Que no conviene que el penitente se entregue á ninguna clase  
de negociaciones.

La cualidad del lucro ó excusa ó acrimina al ne-  
gociante; porque hay lucro honesto y torpe. Pero  
al penitente le es mas útil sufrir pérdida, que  
ligarse en los peligros de una negociacion; porque  
es difícil que no intervenga pecado entre el com-  
prador y vendedor.

X.

Que no debe volverse á la militia seglar despues de haber he-  
cho penitencia.

Es enteramente contrario á las reglas eclesiás-  
ticas el regreso á la militia seglar despues de ha-  
ber hecho penitencia, pues dice el Apóstol: *Nin-  
guno que milita para Dios se embaraza en negocios  
del siglo.* Luego no está libre de los lazos del dia-  
blo el que de voluntad se alistase en la militia  
mundana.

XI.

Que si un jóven en peligro urgente hizo penitencia, y despues  
no guarda castidad, puede ser autorizado para que se case.

El jóven que hallándose en un urgente peligro,  
ó miedo de muerte ó de cautiverio, hizo penitencia,  
y despues temiendo incurrir en incontinencia se ca-  
sare con objeto de evitar el crimen de fornicacion,  
se cree que ha cometido un pecado venial, con tal

(7) Ex reliquis praeter Alv. et Urg. in quibus: militiae  
humanae.

si praeter conjugem nullam omnino cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quid sit tolerabilius aestimamus. Nam secundum veram cognitionem nihil magis congruit ei, qui poenitentiam gessit, quàm castitas perseverans et mentis et corporis

## XII.

Quòd si quis propositum monachi deseruerit, publica sit poenitentiae satisfactio purgandus.

Propositum monachi proprio arbitrio ac voluntate susceptum deserere non potest absque peccato. Quod enim quis vovit Deo debet et reddere. Unde qui relicta singularitatis professione ad militiam vel ad nuptias devolutus (8) est, publicae poenitentiae satisfactio purgandus est. Quia etsi innocens militia et honestum potest esse conjugium, electionem meliorem deseruisse transgressio est.

## XIII.

Quòd puellae, quae non coactae sed voluntate propria virginitatis propositum susceperunt, delinquant quum nupserint, etsi nondum fuerint consecratae.

Puellae, quae non parentum coactae imperio, sed ex spontaneo iudicio virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt praevaricantur, etiamsi nondum eis gratia consecrationis accessit, cujus utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent.

## XIV.

De his quae jam consecratae sunt, si postea nupserint.

Ambigi non potest magnum crimen admitti, ubi et propositum deseritur et consecratio violatur. Nam si humana pacta non possunt impunè calcari; quid eas (*eos*) manebit, quae corruperint divini foedera sacramenti?

## XV.

De his qui dubitant utrum baptizati sint, eos necesse est baptizari.

Si nulla extant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi, de quibus quaeritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur ne manifestè pereant: in quibus, quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum. Qui autem possunt meminisse, quod ad ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt recordari, an quod ab eorum parentibus dabatur acceperint. Sed

(8) Esc. 3. provolutus.

que no haya conocido mas muger que la suya. Pero sin embargo, esto no lo ponemos como regla, sino que manifestamos lo que es mas tolerable; pues segun el verdadero discernimiento ninguna cosa conviene mas al que hizo penitencia que la perseverante castidad de corazon y de cuerpo.

## XII.

Que si alguno desamparare el voto monástico debe purgarse con penitencia pública.

No puede sin pecado abandonarse el voto monástico hecho de grado y de propia voluntad; porque todos deben cumplir lo ofrecido á Dios. Por lo cual el que, conculcando la profesion de vida solitaria, entrare en la milicia ó se casare, debe purificarse con penitencia pública, pues aunque es verdad que la milicia puede ser inocente, y honesto el matrimonio, sin embargo el haber desamparado la eleccion mejor es por sí un crimen.

## XIII.

Que las doncellas que hicieron voto de virginidad, no por coaccion sino de voluntad propia, pecan si se casan, aunque no hubieren llegado á ser consagradas.

Las doncellas que sin ser obligadas por el imperio paterno hicieron voto de virginidad, y tomaron el hábito espontáneamente, prevarican si despues se casan, aunque todavía no hubiesen recibido la consagracion, de cuyo don no serian defraudadas si permaneciesen en su propósito.

## XIV.

De las que habiendo sido consagradas se casan despues.

No puede dudarse que se comete un gran crimen cuando se abandona el propósito y se viola la consagracion; pues si los pactos humanos no pueden impunemente ser hollados; qué restará á las que hubieren roto la alianza del divino sacramento?

## XV.

Que es necesario bautizar á los que dudan si lo estan ó no.

Si no hay ningunos indicios entre los parientes ó familiares, ni entre los clérigos ó vecinos, en virtud de los cuales, estos, de quienes se trata, se demuestre haber sido bautizados, debe procurarse que renazcan, para que no perezcan á sabiendas; en los cuales la razon no permite que parezca que se reitera lo que no se manifiesta haberse hecho; mas aquellos que pueden acordarse de haber venido á la iglesia en compañía de sus padres, pueden hacer memoria si recibian ó no lo mismo que

si hoc etiam ab ipsa memoria alienum est, conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur, quia non temeritas intervenit praesumptionis, ubi est diligentia pietatis.

XVI.

Quod eos qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua professione (9) nesciunt, per manus impositionem (e) suscipiantur.

Hi autem, de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cujus fidei fuerint qui eos baptizaverant se nescire profitentur, quoniam quolibet modo formam baptismatis acceperunt, baptizandi non sunt, sed per manus impositionem (invocata) virtute Spiritus sancti, quam ab haereticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

XVII.

De baptizatis qui postea conviviis gentilium et escis immolatitiis usi sunt.

Qui convivio solo gentilium et escis immolatitiis usi sunt possunt jejuniis et manus impositione purgari, ut deinceps ab idolothytis abstinentes sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem aut idola adoraverunt, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt ad communionem eos, nisi per poenitentiam publicam, non oportet admitti.

(9) In reliquis praeter Alv. fide.

(e) La consulta 16, ó sea la 18 de otros códigos, la espresan

se daba á estos. Pero si ni aun de semejante cosa se acuerdan, parece debérseles administrar lo que se ignora si ya se les ha dado ó no, porque no hay temeridad de presuncion, en donde hay diligencia de piedad.

XVI.

Que aquellos que se acuerdan de haber sido bautizados, aunque ignoren en que fe, sean admitidos por imposicion de manos.

Respecto de aquellos de quienes escribiste que se acuerdan de haber sido bautizados, pero que manifiestan ignorar en que fe lo fueron; toda vez que de cualquier modo recibieron la forma del bautismo, no serán rebautizados, sino que se unirán á los católicos por la imposicion de manos mediante la virtud del Espíritu Santo, la cual no pudieron recibir de los hereges.

XVII.

De los que despues de bautizados asistieron á los convites de los gentiles y á los sacrificios en que se comian las ofrendas á los ídolos.

Aquellos que asistieron á solo el convite de los gentiles, aunque comieran tambien idolotitos, pueden ser purgados por ayunos é imposicion de manos, para que absteniéndose en adelante de los idolotitos puedan participar de los sacramentos de Cristo. Mas si adoraron á los ídolos, ó se contaminaron con homicidios ó fornicacion, no conviene que se los admita á la comunion, sino despues de hecha penitencia pública.

asi: De his qui in Africa, vel Mauritania venerunt, et nesciunt in qua secta sint baptizati, quid circa eos debeat observari.

LXVII.

IVX  
EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD ANASTASIIUM THESSALONICENSEM EPISCOPUM.

LEO EPISCOPUS URBIS ROMÆ ANASTASIO EPISCOPO THESSALONICENSI.

Quanta fraternitati tuæ a beatissimi Petri apostoli auctoritate (*sede*) commissæ sint, et quali (*qualia*) etiam nostro tibi favore sint credita, si vera ratione perspiceres et justo examine ponderares, multum possemus de injunctæ tibi sollicitudinis devotione gaudere. (a) Quoniam sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ priorum sequutus exemplum vices mei moderaminis delegavi, ut curam, quam universis ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus adjuvares, et longinquis a (*apostolicæ sedis*) nobis provinciis præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes, siquidem a continenti (*convenienti*) opportunoque prospectu promptum tibi esset agnoscere, quid in quibusque rebus vel tuo studio componeres, vel nostro iudicio reservares. Nam quum majora negotia et difficiliora causarum exitus liberum tibi esset sub nostræ sententiæ expectatione suspendere, nec ratio tibi nec necessitas fuit in id quod mensuram tuam excederet deviandi. Abundant enim apud te monitorum (*monimentorum*) scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter instruximus, ut commendatas tibi Christi ecclesias per exhortationem caritatis ad salubritatem obedientiæ provocares. Quia etsi plerumque existit inter negligentes vel desides fratres, quæ oporteat majori auctoritate (*austeritate*) curari, sic tamen est adhibenda correptio (1) ut semper sit salva dilectio. Unde et beatus apostolus Paulus ad ecclesiasticum regimen Timotheum imbuens dicit: *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenulas ut sorores in omni castitate.* Quæ moderatio si quibuscumque inferioribus membris ex apostolica institutione debetur; quantum magis fratribus et coëpiscopis nostris sine offensione reddenda est? Et licet nonnumquam accedant (*accidant*), quæ

IVX  
EPISTOLA DEL MISMO LEON A ANASTASIO, OBISPO DE TESALÓNICA.

EL OBISPO DE ROMA, LEON, A ANASTASIO, OBISPO DE TESALÓNICA.

Si examinaras con verdad y pesarás con justicia los encargos cometidos á tu fraternidad por la autoridad del beatísimo apóstol Pedro, y las confianzas que se te han hecho por nuestro favor, podríamos recibir mucho gozo por la manera cuidadosa con que las has cumplido. Porque así como mis predecesores delegaron á los tuyos, del mismo modo tambien yo, siguiendo el ejemplo de los primeros, sustituí en tu caridad las veces de mi gobierno, para que hecho imitador de nuestra mansedumbre nos ayudaras en el cuidado con que debemos mirar por todas las iglesias, principalmente por institucion divina; y para que en cierta manera hicieras aparecer la presencia de nuestra visita en las provincias distantes de nosotros, y te seria fácil reconocer con visitas continuadas y oportunas, qué es lo que en cada uno de los casos debias arreglar por tí, y qué es lo que habias de reservar á nuestro juicio. Porque teniendo tú libertad de suspender, hasta esperar nuestra sentencia, el fallo de los negocios mayores y de las causas mas difíciles, no tuviste razon ni necesidad de separarte de lo que excediera tus limites. Tienes pues en tu poder varias cartas llenas de amonestaciones nuestras, en las que te hemos instruido con frecuencia acerca de la templanza de nuestras acciones, para que mediante los consejos de la caridad, inclinaras á la justa obediencia á las iglesias de Cristo que te están encargadas. Porque aunque muchas veces sucedan entre los hermanos negligentes ó desidiosos cosas que convenga ser curadas con mayor autoridad; sin embargo la correccion debe emplearse de modo que siempre quede salva la caridad. Por lo cual hasta el bienaventurado apóstol San Pablo, dando reglas á Timoteo para el regimen eclesiástico, le dice: *No increpes al anciano, mas amonéstale como á padre; á los jóvenes como á hermanos; á las ancianas como á madres, y*

(a) En otros códices empieza aquí el capítulo I. que lleva el siguiente epigrafe: *Quod semper Thessalonicenses antistites vicem apostolicæ sedis impleverint.* (1) Em. Ger. correctio.

in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos (*corrigenda*) agat benevolentia, quàm severitas; plus cohortatio, quàm commotio; plus caritas, quàm potestas. Sed ab his, qui quae sua sunt quaerunt, non quae Christi Jesu, facile ab hac lege disceditur, et cum dominari magis quàm consulere subditis quaeritur, placet honor, inflat superbia, et quod provisum est ad concordiam tendit ad noxam. Quod ut necesse habeamus ita dicere, non de parvo animi dolore procedit. Me ipsum enim quodammodo trahi in culpam sentio, quum te a traditis tibi regulis immodicè discesisse cognosco; qui si tuae existimationis parum diligens eras (2), meae saltem famae parcere debuisti, ne quae tuo tantum facta sunt animo, nostro videantur gesta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniaque ad tuos emissa majores apostolicae sedis praesulum scripta decurrat, et vel a me vel a praecessoribus meis inveniet ordinatum quod a te cognovimus esse praesumptum.

Venit namque ad nos cum episcopis provinciae suae frater noster Atticus veteris Epiri metropolitanus antistes, et de indignissima afflictione, quam pertulit, lacrymabili actione conquestus est coram adstantibus diaconis tuis, qui querelis et fletibus nihil contra referendo, quae nobis ingerebantur, fide non carere monstrabant. Legebatur quoque in litteris tuis, quas iidem diaconi detulerunt, quòd frater Atticus Thessalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scripturae professione signasset, ut de illo non aliud a nobis posset intelligi, quàm proprii arbitrii et spontaneae devotionis fuisse quòd venerat, quòdque chartulam de obedientiae sponcione conscripserat, in cujus tamen chartulae mentione signum prodebat injuriae. Non enim necessarium fuerat ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso jam voluntarii adventus probabat (3) officio. Unde deplorationibus supra dictis (*praedicti*) haec verba epistolae tuae testimonium praebuerunt, et per hoc, quod non est tacitum (*cautum*), nudatum est illud, quod silentio fuerat adoptatum (4): additam (*adhibitam*) scilicet Illirici praefecturam, et sublimissimam inter mundanos apices potestatem inhibitione insontis antistitis incitatam, ut missa executione (5) terribili, quae omnia sibi officia publica ad effectum praeeptionis adjungeret, a sacris eccle-

à las jovencitas como à hermanas con toda castidad; Cuya moderacion, si por decreto apostólico se debe à todos los miembros inferiores; con cuánta mas razon se empleará sin ofensa con los hermanos y y coepiscopos nuestros? Y aunque algunas veces cometen los sacerdotes acciones reprehensibles; sin embargo mas debe obrar en los que se han de corregir la benevolencia que la severidad, mas la exhortacion que la violencia, mas la caridad que la potestad. Pero fácilmente conculcan esta ley los que buscan sus cosas y no las de Cristo; y cuando se prefiere dominar à mirar por los súbditos, entonces el honor agrada, hincha la soberbia, y lo que está mandado para la concordia viene à convertirse en perjuicio. Y al hablar así por necesidad, nos aflige un grave dolor. Y yo mismo ereo ser culpable en cierta manera, al reflexionar que inmoderadamente te has escedido de las reglas que te se han dado: pues que si eras poco amante de tu fama, al menos debiste perdonar à la mia, para que no parezcan hechas por mi juicio las cosas ejecutadas solo por tu voluntad. Vuelva à leer tu fraternidad nuestras cartas, repase cuanto se ha escrito à tus mayores por los prelados de la silla apostólica, y hallará que tanto por mí, quanto por mis predecesores está ordenado, lo que conocemos haber sido usurpado por tí.

Se presentó pues à nosotros en union de los obispos de su provincia nuestro hermano Atico, metropolitano del antiguo Epiro; y se quejó con lágrimas copiosas en presencia de tus diaconos de la indignísima afliccion sufrida, los cuales mostraban por sus quejas y llantos, y no desmintiéndolo en nada, que no carecia de fé lo que se nos participaba. Se leía tambien en tu carta traída por los mismos diaconos, que el hermano Atico habia venido à Tesalónica, y que hasta habia firmado su consentimiento; de modo que de ello no podia comprenderse otra cosa por nosotros, sino que el haber venido habia sido de propio arbitrio y espontánea voluntad; porque habia escrito prometiendo la obediencia, y en la mencion de su carta se publicaba sin embargo el signo de la injuria. No era pues necesario que se hubiese ligado con escritos al que probaba su obediencia en el mero hecho de haber venido voluntariamente. Por lo que, las palabras de tu carta atestiguaron la verdad de sus quejas; y por lo que se escribió, quedó descubierto lo que estaba oculto en el silencio, à saber, que se habia apropiado la presidencia en el Ilirico, y que se habia irritado contra un prelado inocente à la potestad imperial, de modo que enviada una ejecucion terrible, que reasumiera en sí todos los officios públicos para ejecutar el mandato, habia sido estraido

(2) Ex reliquis praeter Alv. et Esc. 3. in quibus errasses.  
 (3) Esc. 3. Urg. probat.

(4) Bibl. Reg. opertum.  
 (5) Ex reliquis praeter Alv. et Esc. 3. in quibus: excusatione.

siae adytis nullo vel falso insimulatus (6) crimine extraheretur sacerdos, cui non ob molestiam aegritudinis, non ob saevitiam hyemis darentur induciae, sed iter asperum et periculis plenum per invias (*cautes*) nives agere cogeretur. Quod tanti laboris tantique discriminis fuit, ut ex his, qui episcopum comitati sunt, quidam defecisse dicantur. Multum stupeo, frater carissime, sed et plurimum doleo quod in eum, de quo nihil amplius indicaveras, quàm quod evocatus adesse differret (7) et excussationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter et tam vehementer potueris commoveri, praesertim, quum etiam si tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat quid ad tua consulta (*consulti rescriberemus*) rescriberem. Sed, ut video, bene de meis moribus aestimasti, et quàm civilia pro conservanda sacerdotali concordia responsurus essem verissimè praevidisti, et ideo motus tuos exequi sine dilatione properasti, ne, quum moderationis nostrae aliud disponentia scripta sumpsisses, faciendi id, quod factum est, licentiam non haberes. ¿An fortè aliquod tibi facinus (*fratris*) innotuerat, et metropolitanum episcopum novi apud te criminis pondus urgebat? At hoc quidem alienum ab illo esse etiam tu nihil ei objiciendo confirmas (*cognoveris confirmasse*); sed etiam si quid grave intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura, ut nihil prius ipse decerneres, quàm quid nobis placeret cognosceres (8). Vices enim nostras ita tuae credimus (*credidimus*) caritati, ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde sicut multum nos ea, quae a te piè sunt curata, laetificant, ita nimium ea, quae perperam sunt gesta, contristant; et necesse est post multarum experimenta causarum sollicitius prospici, et diligentius precaveri, quatenus per spiritum caritatis et pacis omnis materia scandalorum de ecclesiis Domini, quas tibi commendavimus, auferatur, praeeminente quidem in illis provinciis episcopatus tui fastigio, sed amputato totius usurpationis excessu.

I.

Ut metropolitanis sua jura serventur.

Igitur secundum sanctorum patrum canones, Spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos, metropolitanos singularum provinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra

del santuario de la iglesia el sacerdote, no teniendo ningun crimen, ó habiéndosele achacado falsamente, á quien no se le dieron treguas ningunas, ni por estar enfermo, ni en consideracion al rigor del invierno sino que se le obligó á emprender un camino áspero y lleno de peligros entre montañas de nieves. Cuya marcha fué tan molesta y peligrosa que se dice que en ella murieron algunos de los que le acompañaban. Me espanta mucho, hermano carísimo, y tengo un gran dolor de que hayas podido portarte con tanta atrocidad y vehemencia contra aquel de quien nada habias dicho antes, sino que llamado, no se habia presentado, escusándose con hallarse enfermo; y en especial cuando si hubiera merecido algun castigo semejante, deberias haber esperado que hubiese yo respondido á tu consulta. Pero segun veo, formaste juicio exacto de mis costumbres, y previste con gran verdad lo que habia de contestar en favor de la concordia sacerdotal; y por lo tanto te diste prisa á cumplir sin dilacion tus pasiones, no fuera que te se privara de la licencia de hacer lo que has hecho, recibiendo los escritos nuestros llenos de moderacion, disponiéndose en ellos cosas distintas. ¿Acaso sabias algun otro crimen, y el peso de este nuevo delito te incitaba en contra del obispo metropolitano? Pero que esto no es verdad lo afirmas tú, puesto que nada le objetas; mas aunque hubiera cometido una cosa grave é intolerable, era preciso haber esperado nuestra censura; no debiendo tú haber determinado nada hasta saber lo que nos agradaba: pues eres vicario nuestro, llamado á participar del cuidado, pero no á ejercer la plenitud de la potestad. Por lo cual, así como nos alegran mucho ciertas cosas de que has cuidado con piedad; del mismo modo nos entristecen demasiado las que has ejecutado malamente: y es necesario que se mire con mas solicitud despues de la esperiencia de muchas causas, y que se precava con mas diligencia, á fin de que desaparezca por el espíritu de la caridad y paz toda materia de escándalo en las iglesias de Dios, que te hemos encargado; sobresaliendo sí en aquellas provincias la celsitud de tu episcopado, pero amputado el exceso de toda usurpacion.

I.

Que se guarden sus derechos á los metropolitanos.

Siguiendo pues los cánones de los santos Padres promulgados por el espíritu divino, y consagrados por la reverencia de todo el mundo, decretamos, que los metropolitanos de todas las provincias que

(6) Ex reliquis praeter Alv. in quo: persimulatus.  
(7) Ex reliquis praeter Alv. in quo: deberet.

(8) In reliquis praeter Alv. agnosceres.

fraternitatis tuae cura praetenditur, jus traditae sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere discernimus, ita ut a regulis praestitutis nulla aut negligentia aut praesumptione discedant.

II.

Quòd a metropolitanis non laici, non bigami, non viduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur.

In civitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis episcopis haec forma servetur; ut is qui ordinandus est, etiam si bonae vitae testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secundae conjugis sit maritus, aut qui unam quidem habeat, vel habuerit, sed nec qui sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut haec, quae in aliis membris ecclesiae non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

III.

Quòd subdiaconis carnale coniugium denegetur.

Nam quum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum arbitrium, ad exhibendam tamen perfectam (9) continentiae puritatem, nec subdiaconibus quidem connubium carnale conceditur, ut et qui habent sint tamquam non habentes, et qui non habent permaneant singulares. Quod, si in hoc ordine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quantò magis in primo vel secundo tertiove servandum est, ne aut levitico (ministerio) aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus aestimatur, qui se a voluptate uxoria (10) necdum frenasse detegitur?

IV.

Ut nullus invitis ordinetur episcopus (11).

Quum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus praeponatur, quem cleri plebisque consensus concorditer postularint, ita ut si in aliam fortè personam partium se vota dividerint, metropolitani iudicio is alteri (12) praefertur qui majoribus et studiis juvatur et meritis: tantum ut nullus invitis et non petentibus ordinetur, ne plebs invita episcopum non optatum aut contemnat aut oderit, et fiat minus religiosa quàm convenit, cui non licuerit habere quem voluit.

(9) Æm. perfectæ.  
(10) Ex omnibus praeter Alv. et Esc. 3. in quibus: luxuriae.

por delegacion nuestra están sujetos á tu caridad, gocen inviolable el derecho de la dignidad que se les concedió de antiguo, pero que no se aparten por ninguna negligencia ó presuncion de las reglas fijadas.

II.

Que los metropolitanos no ordenen obispos á legos, bigamos, ni á maridos de viuda, sino á los irreprehensibles.

En las ciudades, cuyos prelados hayan muerto, se observará la forma siguiente para reemplazarlos; á saber, que el que haya de ordenarse, aunque tenga el testimonio de una buena vida, no sea lego, neófito, bigamo, ni marido de viuda: pues la eleccion de los sacerdotes es tan escelente, que aquellas cosas que en otros miembros de la iglesia no son culpables, en ellos se tienen por ilícitas.

III.

Que á los subdiáconos no se les permita el matrimonio carnal.

Teniendo libertad para casarse y procrear hijos los que no pertenecen al órden de los clérigos; sin embargo, para manifestar la perfecta pureza de la continencia, no se permite el matrimonio carnal ni aun á los subdiáconos; y los que ya sean casados, se apartarán como si no lo fueran, y los que no lo sean, permanecerán célibes. Y si en el que ocupa el cuarto lugar en la gerarquía eclesiástica es digno que se observe lo dicho, ¿con cuánta mas razon lo será en el primero, segundo y tercero? de modo que no se tendrá por idóneo para el honor de levita, de presbítero ó de la cumbre episcopal aquel á quien se descubriere no haberse todavía contenido de los placeres del matrimonio.

IV.

Que no se ordene ningun obispo para los que le repugnan.

Quando se tratare de la eleccion de sumo sacerdote preférase á todos aquel á quien pidiere unánimemente el clero y plebe; y si los votos de las partes se dividieren, quede al juicio del metropolitano conceder la prelacion, que recaerá en el que tenga mayores estudios y méritos; pero no se ordenará ninguno para los que le repugnen y no le pidan, no sea que la plebe violentada desprecie ú odie al obispo no pedido, y se haga menos religiosa de lo que conviene, por no haberla consentido tener á quien quiso.

(11) Æm. Bibl. Règ. Esc. 3. Tol. 4. 2. antistes.  
(12) Ex reliquis praeter Av. et Esc. in quibus: is alter.

V.

Ut metropolitano Epiri (*Episcopus*) de electo, quem est ordinaturus episcopum, ad Thessalonicensem pontificem referat, et de metropolitano electo similiter provinciales episcopi

De persona autem consecrandi episcopi, et de cleri, plebisque consensu metropolitano episcopus ad fraternitatem tuam perferat, quodque in provincia bene placuit scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas, quae rectis dispositionibus nihil morae aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum. Metropolitano verò defuncto, quum in locum ejus alius fuerit subrogandus, provinciales episcopi ad civitatem metropolim convenire debent, ut omnium clericorum atque omnium civium voluntate discussa, ex presbyteris ejusdem ecclesiae vel ex diaconibus optimus eligatur, de cujus nomine ad tuam notitiam provinciales referant sacerdotes (*episcopi*), impleturi vota poscentium, quum (*si*) quod ipsis placuit tibi quoque placuisse cognoverint. Sicut enim justas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante praesumi.

VI.

Ut bina per annos singula provincialia episcoporum concilia celebrentur, et si res difficilis emergerit, nec fuerit Thessalonicensis episcopi judicio terminata, ad Romanum referatur antistitem.

De conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quam sancti patres salubriter ordinarunt: ut scilicet bini conventus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quae inter diversos ecclesiae ordines nasci adsolent, judicetur: ac si fortè inter ipsos, qui praesunt, de majoribus, quod absit, peccatis causa nascitur, quae provinciale nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitano curabit instruere, ut si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita judicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est transferatur.

VII.

Ut si quis episcopus suam deserens civitatem majorem sedem ambitionis causa petierit, nec illam obtinere poterit, et sua carebit (13).

Si quis autem episcopus civitatis suae medio-

(13) In reliquis praeter Alv. carere debet.

V.

Que el metropolitano del Epiro dé parte al pontífice de Tesalónica acerca del electo que ha de ordenar para obispo, é igualmente que los obispos provinciales participen la eleccion de metropolitano.

El metropolitano pondrá en conocimiento de tu fraternidad el nombre de la persona del que ha de consagrarse de obispo, y el consentimiento del clero y de la plebe, y hará tambien saber lo que se ha determinado en la provincia, para que tu autoridad confirme la ordenacion que ha de celebrarse segun derecho; y la misma autoridad no debe dilatar ó poner dificultad á las buenas disposiciones, para que la grey del Señor no carezca por mucho tiempo de pastor. Cuando muriere el metropolitano, y hubiere de reemplazarse con otro, deberán reunirse los comprovinciales en la ciudad metropolitana, para que examinada la voluntad de todos los clérigos y ciudadanos, se elija al mejor de entre los presbíteros de la misma iglesia ó de entre los diáconos, cuyo nombre pondrán en tu conocimiento los comprovinciales, debiendo cumplir los votos de los que le pidan, cuando hayan conocido que te agrada lo que á ellos les ha gustado. Y así como no queremos que á la justa eleccion se opongan nuevas dilaciones, tampoco permitimos que se haga cosa alguna sin tu consentimiento.

VI.

Que se celebren anualmente dos concilios provinciales, y que si se presentare un asunto difícil, y no hubiere sido terminado por el juicio del obispo de Tesalónica, se dé parte al pontífice romano.

Acerca de los concilios episcopales no establecemos nada de nuevo, sino que reproducimos lo que ordenaron saludablemente los santos Padres, á saber, que cada año se tengan dos reuniones en las que se ventilen todas las quejas que suelen producirse contra los órdenes diversos de las iglesias; y si por casualidad, lo que Dios no permita, entre los mismos que presiden ocurriere una causa de pecados mayores, que no pueda terminarse en concilio provincial, el metropolitano cuidará de instruir á tu fraternidad acerca de la cualidad de todo el negocio; y si presentadas las partes ante tí no se terminare por tu juicio, deberá ponerse en nuestro conocimiento todo el asunto.

VII.

Que si algun obispo, desamparando su ciudad, aspirare por ambicion á una sede mayor, no obtenga esta, y quede privado de la suya.

Si algun obispo, desamparando la medianía de

critate despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, et ad majorem se plebem quacumque ratione transtulerit, (*non solum*) a cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit et propria; ut nec illis praesideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis quos per superbiam sprexit. Suis igitur terminis quisque (14) contentus sit, nec supra mensuram juris sui affectet augeri.

VIII.

Ut nullus alienum clericum sollicitare, vel tenere praesumat, suo episcopo non praebente consensum.

Alienum clericum, invito episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicitet nisi forte ex placito (15) caritatis id inter dantem, accipientemque conveniat. Nam gravis injuriae reus est, qui de fratris ecclesia id quod est utilius aut pretiosius audeat vel allicere vel tenere. Itaque si intra provinciam res agitur, transfugam clericum ad ecclesiam suam metropolitanus redire compellat. Si autem longius recessit, tui praecepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati nec ambitioni occasio relinquatur.

IX.

Ut in evocandis provincialibus episcopis a Thessalonicensi pontifice moderatio conservetur, ne sub hoc colore sacerdotalis honor contumeliis addicatur. Nec amplius quam bini de provinciis episcopi, quos metropolitani probaverint, dirigantur.

In vocandis autem ad te episcopis moderatissimum te esse volumus, ne per majoris diligentiae speciem fraternis gloriari (16) videaris injuriis. Unde si causa aliqua major extiterit, ob quam rationabile ac necessarium sit fraternum advocare conventum, binos de singulis provinciis episcopos, quos metropolitani crediderint esse mittendos ad fraternitatem tuam venire sufficiat.

X.

Ut non amplius ab statuto concilii tempore quam dies XV remorentur episcopi, et si inter eos de negotio fuerit oborta contentio, cuncta Romano Pontifice sub gestorum insinuatione pandantur, ut ab eo quod Deo placuerit ordinetur.

Ita ut a praesentito tempore non ultra quindecim dies qui (*quo*) convenerint retardentur. Si autem in eo quod cum fratribus tractandum definiendumve credideris, diversae horum fuerint a tua voluntate sententiae; ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, ut remotis ambiguitatibus quod

su ciudad, ambicionare la administracion de un lugar mas célebre, y con cualquier motivo se trasladare á plebe mayor, sea expelido de la cátedra agena, y privado de la propia; de modo que ni presida á aquellos que por avariciadeseo, ni á los que por soberbia desprecio. Cada uno debe pues contentarse con sus límites, y no con aumentos que exceden sus derechos.

VIII.

Que ninguno se atreva á solicitar ó retener consigo al clérigo ageno, no dando su propio obispo el consentimiento.

Ninguno admita ni solicite al clérigo ageno contra la voluntad de su obispo, á no ser que por pacto de caridad se convenga entre el que dá y entre el que recibe; pues es reo de grave injuria aquel que se atreve á atraerse con halagos ó retener lo mas útil y precioso de la iglesia de su hermano. Y por lo tanto, si esto sucede dentro de la provincia, el metropolitano obligará á volver á su iglesia al clérigo transfuga; mas si se marchó mucho mas lejos, será llamado por la autoridad de tu precepto, á fin de que no se dé motivo de codicia ó ambicion.

IX.

Que el pontífice de Tesalónica guarde moderacion para llamar á los obispos comprovinciales, no sea que con este pretesto se injurie al honor sacerdotal. Y que no deben asistir de las provincias mas que dos obispos, que serán los que los metropolitanos designaren.

Queremos que uses de muchísima moderacion para hacer venir á tu ciudad á los obispos de la provincia; no sea que con pretesto de diligencia mayor parezca que te gozas en injuriar á los hermanos. Pero si surjiere alguna causa grave, para cuya ventilacion fuera racional y necesario reunir á los hermanos, bastará con que se presenten á tu fraternidad dos de cada una de las provincias, los que creyeren los metropolitanos deben enviar.

X.

Que los obispos no se detengan despues de concluido el concilio mas que quince dias; y que si entre ellos se originare contienda acerca de un negocio, todo se ponga en conocimiento del romano pontífice con relacion de los hechos, para que se ordene lo que agradare á Dios.

Los que asistan al concilio no deben detenerse mas de quince dias del tiempo establecido. Pero si en lo que hubieres creído deber tratar y definir con tus hermanos opinaren estos de diversa manera que tú, nos darás cuenta de todo, acompañando las actas, para que apuradas las dudas, se decrete

(14) Ex reliquis praeter Alv. et Esc. 3. in quibus: quisquis.

(15) Ex Urg. et Ger. in Alv. Bibl. Reg. Esc. 3. Tol. 1. expli- cito. Æm. exemplo.

(16) Ex Bibl. Reg. Urg. et Ger. in Alv. Tol. 1. 2. fraternis in gloriam videaris injuriis. Æm. et Esc. 3. fraternis gloriam videaris.

Deo placeat decernatur. Ad hunc enim finem omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut quod ad unitatem concordiae et quod ad custodiam pertinet disciplinae nulla dissensione violetur, nulla desidia negligatur. Et te igitur, frater dilectissime, et eos fratres nostros, qui de tuis offenduntur excessibus, quum tamen non sit omnibus (*omnium*) similis materia querelarum, hortor, et moneo, ut quae piè sunt nata salubriterque disposita nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius, et, sicut ait Apostolus, *Unusquisque* (*vestrum*) *proximo suo placeat in bonum ad aedificationem*. Non enim poterit unitatis nostrae firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum caritatis adstrinxerit; quia sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis unam sanitatem, unam pulchritudinem facit, et haec quidem connexio totius corporis unanimiorem requirit, sed praecipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi dignitas communis non est, tamen ordo generalis est, quoniam et inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et quum omnium par esset electio, uni tamen datum est ut ceteris praeemineret. De qua forma episcoporum quoque est orta distinctio, et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia: et rursus quidam in majoribus urbibus constituti sollicitudinem susciperent ampliore, per quos ad unam patris (17) sedem universalis ecclesiae cura conflueret, et nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam praepositum non molestè ferat aliquem sibi esse praelatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat, et sicut non vult gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis et mitis Magistri dicentis: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve est*. Quod quomodo experiemur, nisi et illud in observantiam veniat, quod idem Dominus ait: *Qui major est vestrum, erit minister vester, qui autem se exaltat* (18) *humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur?*

lo que agrade á Dios. A este fin pues dirigimos todo nuestro afecto y cuidado, para que no se viole con ninguna disension, ni se desprece por desidia, lo que pertenece á la unidad de la concordia y á la observancia de la disciplina. Te amonesto pues, hermano carísimo, lo mismo que á aquellos hermanos nuestros que están ofendidos por tus excesos, que toda vez que las quejas de todos no son iguales, no se turben con ninguna disputa las piadosas ordenaciones y las disposiciones saludables. Ninguno busque lo que es suyo, sino lo que es de otro, y conforme dijo el Apóstol: *Cada uno de vosotros haga placer á su prógimo en bien para edificación*. Porque no podrá haber union firme entre nosotros, si el vínculo de la caridad no nos ligare para solidez inseparable; *porque así como en un cuerpo hay muchos miembros, mas todos no desempeñan una misma funcion; del mismo modo, muchos somos un solo cuerpo en Cristo, y cada uno miembros los unos de los otros*. Y la trabazon de todo el cuerpo constituye la unidad y hermosura, y esta conexion busca la unanimidad de todo el cuerpo; pero especialmente exige la concordia entre los sacerdotes. A quienes aunque la dignidad no es comun, sin embargo el órden es general; porque aun entre los bienaventurados apóstoles en la semejanza del honor hubo alguna diferencia de potestad; y siendo la eleccion de todos igual, sin embargo, se concedió á uno solo que tuviera preeminencia sobre los otros. De cuya formacion tambien la distincion de los obispos: y se preveyó con gran sabiduría, que no todos se apropiasen todas las cosas, sino que en cada provincia hubiera alguno, cuya sentencia se tuviera por primera entre los hermanos; y además que se estableciesen en las ciudades mayores otros que tuvieran una solicitud mas amplia, mediante los cuales el cuidado de la iglesia universal confluyese á una sede del Padre, y jamás se separase en nada de su cabeza. Mas el que sabe que precede á alguno, debe sufrir sin molestia que otro mande sobre él, y la obediencia que él exige, deberá tributarla; y así como él no quiere cargar con un grave peso, del mismo modo no se atreva á imponer á otro el que no puede llevar. Somos pues discipulos del humilde y benigno Maestro, que dice: *Aprended de mí, porque soy dulce y humilde de corazon, y hallareis descanso para vuestras almas: porque mi yugo es suave y mi carga leve* ; Y cómo lo experimentaremos si no observamos lo que el mismo Señor dijo: *El que es mayor entre vosotros será vuestro ministro, porque el que se exalta será humillado, y el que se humilla será exaltado?*

(17) Æm. Tol. 4. 2. patriae. In excussis: Petri.

(18) In reliquis praeter Alv. exaltaverit.

# LXVIII.

## EPISTOLA EJUSDEM LEONIS AD NICETAM AQUILEJENSEM EPISCOPUM.

LEO EPISCOPUS NICETAE EPISCOPO AQUILEJENSI SA-  
LUTEM.

Regressus ad nos filius meus Adeodatus, sedis nostrae diaconus, dilectionem tuam poposcisse memoravit, ut de his a nobis auctoritatem sedis apostolicae acciperes, quae quidem magnam difficultatem dijudicationis videntur afferre. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera, quae adversione (*adversitate*) hostilitatis illata sunt, religionis maxime ratione sanentur.

I. Quod debeant foeminae, quae captis viris nupserant aliis, regressis de captivitate viris, prioribus copulari, ut quod suum est unusquisque recipiat.

Quum ergo per bellicam cladem et per gravissimos hostilitatis incursus ita quaedam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitate viris foeminae eorum remanserint destitutae, quae viros proprios aut interemptos putarent, aut nunquam a dominatione crederent liberandos, et in aliorum conjugium (1) solitudine (*sollicitudine*) cogente transierint; quumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora converso, nonnulli eorum, qui putabantur periisse, remearint: merito caritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quae aliis junctae sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quod a Deo jungitur mulier viro, et iterum praeceptum agnovimus, ut quod Deus junxit homo non separet; necesse est ut legitimarum foedera nuptiarum redintegranda credamus, et remotis malis, quae hostilitas intulit, unicuique id, quod legitime habuit, reformetur: omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque quod proprium est.

(1) Ex Tol 1. in ceteris: contagium.

## EPISTOLA DEL MISMO LEON A NICETAS, OBISPO DE AQUILEA.

EL OBISPO LEON SALUDA A NICETAS, OBISPO DE  
AQUILEA.

Vuelto á nos mi hijo Adeodato, diácono de nuestra sede, hizo relacion de haber pedido tu caridad, que le invistiéramos de la autoridad de la sede apostólica para aquellos asuntos, cuya decision parece encerrar gran dificultad. Pero debe emplearse la curacion atendiendo á las circunstancias de los tiempos, para que las heridas causadas por el riesgo á que nos han conducido los enemigos, se cicatricen perfectamente por respeto á la religion.

I. Que las mugeres, cuyos maridos habian caido en cautiverio, y se habian casado con otros, se unan con los primeros si es que vuelven, para que cada uno reciba lo que es suyo,

Nos habeis manifestado que á causa de as guerras é incursiones de enemigos se separaron algunos matrimonios, porque hechos cautivos los maridos, quedándose sus mugeres sin apoyo, y creyendo que habian sido muertos, ó que jamás volverian de la esclavitud, se habian casado con otros, apremiándolas á ello la soledad. Mas toda vez que ahora el estado de las cosas ha mejorado por auxilio del Señor, y vuelven algunos de los que se creia haber perecido, con razon tu caridad parece dudar, acerca de lo que nosotros debemos ordenar con las mugeres que se habian casado con otros. Pero sabiendo que está escrito, *que Dios unió la muger al hombre*; y ademas, estando mandado, *que lo que Dios unió, el hombre no lo separe*, es necesario que se reanuden los pactos de los legítimos matrimonios, para que evitados los males causados por los enemigos, se devuelva á cada uno lo que legítimamente tuvo; debiendo proveer con toda diligencia para que cada cual reciba lo que le corresponde.

II.

Quòd non probetur esse culpabilis, qui uxorem capti (captivi) in matrimonio videtur esse sortitus.

Nec tamen culpabilis judicetur et tanquam alieni juris pervasor, qui personam ejus mariti, qui jam non esse aestimabatur asumpsit. Sic enim multa quae ad eos qui in captivitatem ducti sunt pertinebant, in jus alienum transire potuerunt, et tamen plenum justitiae est, ut iisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus, ac possessionibus rite (recte) servatur; ¿quantò magis in conjugiorum redintegrationem faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est pacis remedio reformetur?

II.

Que no se prueba ser culpable el que se casó con la mujer del que se hallaba en cautiverio.

Mas no debe tenerse por culpable, ni como usurpador de derechos ajenos, el que ocupó el puesto del marido que ya se creia no existir. Por eso pues muchas cosas que pertenecian á los que estaban en cautiverio, pudieron pasar á derecho ajeno; las que sin embargo es muy justo que si vuelven les sean devueltas. Y si este derecho rige con justicia en los mancipios, campos, casas ó posesiones ¿con cuánta mas razon en la devolucion de los matrimonios, para reformar por remedio de la paz lo que se trastornó por la guerra?

III.

Ut si viri de captivitate regressi intemperantia uxorum offensi non fuerint, et voluerint eas in coniugium recipere, liberam habeant facultatem.

Et ideo si viri post longam captivitatem reversi ita in dilectione suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est et inculpabile judicandum quod necessitas intulit, et restituendum quod fides poscit.

IV.

Ut si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiae, ecclesiastica communione privandae sunt.

Si autem aliquae mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captae, ut malint his cohaerere, quàm ad legitimum redire consortium, meritò sunt notandae, ita ut etiam ecclesiastica communione priventur, quia inexcusabiliter (quae de re excusabili) contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod justa remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobium malae vo-

III.

Que si los maridos vueltos del cautiverio no se dan por ofendidos por la incontinencia de sus mugeres, y quieren recibirlas en matrimonio, tengan entera libertad para ello.

Y si los varones despues de volver de un largo cautiverio todavia siguieren amando á sus mugeres, tanto que deseen que vuelvan á su compañía, debe olvidarse y tenerse por inculpable lo que la necesidad hizo, y restituirse lo que exige la fé.

IV.

Que si las mugeres no quieren volver á sus antiguos maridos deben ser privadas de la comunión eclesiástica como impias.

Pero si algunas mugeres de tal manera se encuentran enamoradas de sus últimos maridos, que prefieren seguir cohabitando con ellos á volver á su legitimo consorcio, con razon deben ser til-dadas hasta privarlas de la comunión eclesiástica, porque se contaminaron sin excusa alguna, manifestando que abrazaron por su incontinencia lo que un justo perdon podia espiar. Vuelvan pues á su antiguo estado los matrimonios por reintegracion voluntaria, y bajo ningun concepto se

luntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit. Quia sicut hae mulieres, quae reverti ad viros suos nolunt, impiae sunt habendae; ita illae, quae in affectum ex Deo initum redeunt, merito sunt laudandae.

V.

Captivis aut terrore, aut fame, non veneratione cibos immolati-  
tatis edere compulsis poenitentia concedenda.

De his autem christianis, qui inter eos a quibus fuerant captivati, immolatiis cibis asseruntur esse polluti, consultationi caritatis tuae hoc etiam respondendum esse credimus, ut poenitentiae satisfactione purgentur, quae non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione (2) pensanda est. Et sive hoc error extorserit, sive fames suaserit, non dubietur abolendum, quum huiusmodi cibus pro metu aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumptus.

Este cánon que en nuestros códigos es el último de la Decretal, es el segundo en los extranjeros, y contiene mucha mas materia que en los nuestros; pues donde terminan estos, sigue lo que á continuacion traducimos al castellano.

«Debiendo incomodarnos con mas especialidad contra aquellos que en las ordenaciones de obispos desprecian los estatutos de los santos Padres, y consagran á quienes debian rechazar. Por lo que si algun obispo hubiere consagrado de sacerdote á quien no debe, aunque de cualquier modo no haya perdido su honor, sin embargo no gozará en adelante del derecho de ordenacion, ni intervendrá en aquel sacramento que sin razon concedió con desprecio del juicio divino. Queremos pues que se observe sobre todos los estatutos de los cánones lo correspondiente á la dignidad sacerdotal; de modo que no se consagren obispos para cualesquiera clase de lugares ni castillos, en donde antes no los hubo; puesto que donde el número de la plebe es pequeño, y las reuniones menores, basta con los presbiteros; pues que los cuidados episcopales se dejan solo para los pueblos mayores y para las ciudades mas populosas; no sea que, en contra de los decretos de los Padres, inspirados por Dios, se conceda la cumbre y el honor del sacerdocio á aldeas, posesiones y oscuros y solitarios municipios: y á quien deben encargarse las cosas mas excelentes se vea envilecido por la prodigalidad en conferir tal honor. Esto mismo ha sucedido ahora con el obispo Restituto en su diócesis; y ha pedido con razon que si los obispos de aquellos lugares, para donde no debieran haberse ordenado, murieren, se reduzcan á la jurisdiccion de aquel prelado á quien antes habian correspondido; siendo inútil que la dignidad sacerdotal se multiplique por la inconsiderada facilidad de algun ordenador. Acerca de aquellas que habiendo hecho el sagrado voto de virginidad fueron violadas por los bárbaros, y perdieron la integridad del pudor, no en el alma, sino en el cuerpo, nos parece que debe observarse, que ni se las coloque en el grado de las viudas, ni tampoco se las cuente en el número de las vírgenes sagradas y perseverantes; mas si persisten observando cuanto concierne á la virginidad y guardan la castidad en el alma, no debe negárseles la comunión de los sacramentos; porque es injusto que se las reprenda ó se las tilde por lo que perdieron, no por voluntad, sino por la violencia de los enemigos. Tambien mandamos que se termine allí la causa del obispo Lupicino, á quien, despues de haber pedido muchas veces la comunión, se la concedimos, porque habiendo apelado á nuestro juicio, vimos que sin causa habia sido suspendido de la comunión, estando aun pendiente el asunto. Igualmente se añadió que se sabe haber sido este superordenado temerariamente; el cual no debió ser ordenado hasta que presentado delante Lupicino, ó se le hubiera confundido, ó si hubiere confesado podria sujetarse á la justa sentencia: para que segun lo exige la disciplina eclesiástica, el que fuera consagrado ocupase el puesto vacante.»

(2) *Am. contritione.*

miente para oprobio de mala voluntad aquello á que obligó la necesidad. Y así como estas mujeres que no quieren volver á sus maridos deben reputarse como impias; por el contrario, las que vuelven al afecto empezado segun Dios, con razon deben ser alabadas.

V.

Que debe concederse la penitencia á los cautivos que comieron los idolotitos, obligados del miedo, ó por hambre, y no por veneracion.

Creemos responder á la consulta de tu caridad acerca de aquellos cristianos, que viviendo entre los que los habian cautivado, se afirma haberse contaminado con los idolotitos, que sean purificados por la satisfaccion de penitencia, la que no debe valuarse tanto por su larga duracion, cuanto por el arrepentimiento cordial. Y bien el terror lo haya causado, bien lo haya persuadido el hambre, no debe dudarse que ha de ser perdonado: puesto que semejante manjar se comió por miedo ó por indigencia, y no por veneracion religiosa.

V.

Este cánon que en nuestros códigos es el último de la Decretal, es el segundo en los extranjeros, y contiene mucha mas materia que en los nuestros; pues donde terminan estos, sigue lo que á continuacion traducimos al castellano.

«Debiendo incomodarnos con mas especialidad contra aquellos que en las ordenaciones de obispos desprecian los estatutos de los santos Padres, y consagran á quienes debian rechazar. Por lo que si algun obispo hubiere consagrado de sacerdote á quien no debe, aunque de cualquier modo no haya perdido su honor, sin embargo no gozará en adelante del derecho de ordenacion, ni intervendrá en aquel sacramento que sin razon concedió con desprecio del juicio divino. Queremos pues que se observe sobre todos los estatutos de los cánones lo correspondiente á la dignidad sacerdotal; de modo que no se consagren obispos para cualesquiera clase de lugares ni castillos, en donde antes no los hubo; puesto que donde el número de la plebe es pequeño, y las reuniones menores, basta con los presbiteros; pues que los cuidados episcopales se dejan solo para los pueblos mayores y para las ciudades mas populosas; no sea que, en contra de los decretos de los Padres, inspirados por Dios, se conceda la cumbre y el honor del sacerdocio á aldeas, posesiones y oscuros y solitarios municipios: y á quien deben encargarse las cosas mas excelentes se vea envilecido por la prodigalidad en conferir tal honor. Esto mismo ha sucedido ahora con el obispo Restituto en su diócesis; y ha pedido con razon que si los obispos de aquellos lugares, para donde no debieran haberse ordenado, murieren, se reduzcan á la jurisdiccion de aquel prelado á quien antes habian correspondido; siendo inútil que la dignidad sacerdotal se multiplique por la inconsiderada facilidad de algun ordenador. Acerca de aquellas que habiendo hecho el sagrado voto de virginidad fueron violadas por los bárbaros, y perdieron la integridad del pudor, no en el alma, sino en el cuerpo, nos parece que debe observarse, que ni se las coloque en el grado de las viudas, ni tampoco se las cuente en el número de las vírgenes sagradas y perseverantes; mas si persisten observando cuanto concierne á la virginidad y guardan la castidad en el alma, no debe negárseles la comunión de los sacramentos; porque es injusto que se las reprenda ó se las tilde por lo que perdieron, no por voluntad, sino por la violencia de los enemigos. Tambien mandamos que se termine allí la causa del obispo Lupicino, á quien, despues de haber pedido muchas veces la comunión, se la concedimos, porque habiendo apelado á nuestro juicio, vimos que sin causa habia sido suspendido de la comunión, estando aun pendiente el asunto. Igualmente se añadió que se sabe haber sido este superordenado temerariamente; el cual no debió ser ordenado hasta que presentado delante Lupicino, ó se le hubiera confundido, ó si hubiere confesado podria sujetarse á la justa sentencia: para que segun lo exige la disciplina eclesiástica, el que fuera consagrado ocupase el puesto vacante.»

Quòd hi, qui ad iterationem baptismi vel vi, vel timore (errore) coacti animos inclinarunt, poenitentiae sint sublevandi remedio, et ut (ita ut) senilis aetatis, periculorum quoque et aegritudinum, ceterarumque necessitatum habeatur sollicita consideratione respectus.

Hi verò, de quibus similiter dilectio tuos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti vel errore traducti sunt, et nunc se contra catholicae fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea est custodienda moderatio, qua in societatem nostram non nisi per poenitentiae remedium et per impositionem manus episcopalis communionis recipiant unitatem, temporis poenitudinis habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos, pariter etiam habens aetatis senilis intuitum, et periculorum quorumque aut aegritudinum respiciens necessitates: in quibus si quis ita graviter urgeatur, ut, dum adhuc poenitet, de salute ipsius desperatur, oportet ei per sacerdotalem (3) sollicitudinem communionis gratia subveniri.

VII.

Ut hi, qui ab haereticis baptizati sunt, sola sancti Spiritus invocatione firmentur.

Nam hi qui baptismum ab haereticis acceperunt, quum baptizati antea non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione per impositionem manus confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Et hanc regulam, ut scitis, servandam in omnibus ecclesiis praedicamus, ut lavacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: *Unus Deus, una fides, unum baptisma*; cujus ablutio nulla iteratione temeranda est, sed, ut diximus, sola sanctificatio sancti Spiritus invocanda, ut quod ab haereticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram, quam ad consultationem, (4) tuae fraternitatis emisimus ad omnes fratres et comprovinciales tuos episcopos facies pervenire, ut ad omnium observantiam data prosit auctoritas.

(3) Urg. Ger. per sacerdotalem ordinem, sollicitudinem-que.

VI.  
Que aquellos que fueron obligados á rebautizarse, bien á la fuerza, ya por temor, deben ser socorridos con la penitencia; y que se tenga especial consideracion con los ancianos, con los que se encuentran en peligro ó enfermos, y con los que se hallan en algun apuro.

Acerca tambien de lo que tu caridad creyó deberme consultar sobre los que por miedo ó error recibieron el bautismo, y ahora conocen haber obrado en contra del sacramento de la fé católica, debe observarse la moderacion de no recibirlos en nuestra sociedad, sino por el remedio de la penitencia y por la episcopal imposicion de manos, dejando á tu prudencia señalar el tiempo en que han de hacer penitencia, segun se viere que es el ánimo de los convertidos, teniendo igualmente consideracion á la vejez, y á ciertos peligros ó enfermedades: en cuyos casos, si alguno de tal manera se ve apurado, que mientras está haciendo penitencia se desconfia de su salud, conviene que se le conceda la gracia de la comunion por solicitud sacerdotal.

VII.

Que los que fueron bautizados por los hereges sean recibidos por sola la invocacion del Espíritu Santo.

Los que fueron bautizados por los hereges sin estarlo antes por los católicos, deberán ser confirmados por sola la invocacion del Espíritu Santo, mediante la imposicion de manos; porque tan solamente recibieron la forma del bautismo sin la virtud de la santificacion. Y segun sabeis, predicamos que esta regla se observe en todas las iglesias, para que el bautismo, una vez administrado, no vuelva á reiterarse, pues dice el Apóstol: *Un Dios, una fé, un bautismo*; el cual no debe profanarse con ninguna reiteracion, sino que, segun hemos dicho, debe invocarse la sola santificacion del Espíritu Santo, para que lo que nadie recibe de los hereges, lo consiga de los sacerdotes católicos. Harás pues que llegue esta carta nuestra en contestacion á la consulta de tu fraternidad á todos los hermanos y comprovinciales tuyos, á fin de que la autoridad dada aproveche para la observancia de todas las cosas.

(4) Ex Æm. Bibl. Reg. Tol. 1 Ger In ceteris: consolatio-nem.

# LXIX.

## EPISTOLA LEONIS AD AFRICANOS EPISCOPOS.

LEO UNIVERSIS EPISCOPIS PER AFRICAM CONSTITUTIS IN DOMINO SALUTEM.

### I.

Ne illicitae personae ad episcopatum promoveantur (*provehantur*)

Quum in ordinationibus sacerdotum quaedam apud vos illicitè usurpata crebrior (*ad nos commeanium sermo perferret*) fama narraret, ratio pietatis exigit, ut pro sollicitudine, quam universae ecclesiae ex divina institutione dependimus, rerum fidem studuerimus agnoscere. Vicem curae nostrae (a) fratri et consacerdoti nostro Potentio injungentes praecipimus, qui de episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem plenissimè (*notitiae nostrae*) cuncta reseravit, et sub quibus qualibusque rectoribus quaedam Christi plebs in partibus provinciae Caesariensis habeatur, sincera nobis relatione patefecit, necessarium fuit, ut dolorem cordis nostri, quo pro dominicorum gregum periculis aestuamus, datis ad vos litteris prompserimus; mirantes tantum apud vos per occasionem temporis impacati aut ambituum (*ambientium*) praesumptionem, aut tumultum valuisse popularem, ut indignis quibusque et longè extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium et gubernatio ecclesiae crederetur. Non est hoc consulere populis sed nocere, nec praestare regimen sed augere discrimen. Integritas enim praesidentium salus est subditorum, et ubi est incolumitas obedientiae, ibi sana est forma doctrinae. Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo: et difficile est ut bono peragantur exitu quae malo sunt inchoata principio. Quod si in quibuslibet ecclesiae gradibus providenter scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque pra-

(a) proficiscenti a nobis fratri et consacerdoti nostro Potentio delegantes, qui secundum scripta. quae per ipsum ad vos

## EPISTOLA DEL MISMO LEON A LOS OBISPOS DE AFRICA.

LEON SALUDA EN EL SEÑOR A TODOS LOS OBISPOS DE AFRICA.

### I.

Que á nadie se promueva indebidamente al episcopado.

Estándose oyendo á todas horas que se falta á lo establecido en las ordenaciones de sacerdotes, la piedad exige que en consideracion al cuidado que por institucion divina tenemos de la iglesia universal, hayamos deseado conocer la verdad. Hemos dado nuestras veces al hermano y consacerdote nuestro Potencio para que averigüe lo que haya de verdad acerca de los obispos, cuya eleccion se reputaba culpable, y para que nos dé cuenta fielmente de todo. Y porque él mismo nos manifestó con toda estension, cuanto habia, y nos hizo patente con sinceridad entre qué rectores se hallaba cierta plebe de Cristo en la provincia Cesariense, hubo necesidad de manifestaros por cartas el dolor que semejante noticia nos causaba, porque estamos abrasados por los peligros de la grey del Señor; admirándonos que tan solamente entre vosotros por la turbulencia de los tiempos, ó por ambicion ó tumulto popular se haya consentido en conferir la eminencia episcopal y el gobierno de la iglesia á ciertas personas indignas, y constituidas fuera del mérito sacerdotal. Esto no es mirar por los pueblos, sino perjudicarlos; ni asegurar el gobierno, sino aumentar la discordia. Porque la integridad de los prelados es la salud de los súbditos, y donde hay obediencia, allí se conserva sana la forma de la doctrina. El principado pues que dió ó el motin ó el soborno, aunque no haya causado ofensa por las costumbres ó actos; sin embargo, es pernicioso por el ejemplo de su mismo principio, y es difícil que se ejecuten con buen éxito las cosas que se empezaron mal. Y si debe cuidarse próbida y sábiamente en todos los grados de la iglesia, á fin de que en la casa del Señor todo

direximus de episcopis, quorum etc.

posterum; ¿quantò magis elaborandum est, ut in electione ejus qui supra omnes gradus constituitur non erretur? Nam totius familiae status et ordo nutabit, si quod requiritur in corpore non inveniatur in capite. ¿Ubi est illa beati apostoli Pauli per Spiritum Dei emissa praeceptio, qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, et proinde unicuique nostrum dicitur: *Manus citò nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis?* ¿Quid est *cito manus nemini imposueris*, nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae sacerdotalem honorem tribuere non probatis? ¿Et quid est *communicare peccatis alienis*, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit (*metuit*) ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum scrutatur (*sectatur*) in eligendo sacerdote iudicium; ita gravi semetipsum afficit damno, qui ad suae dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cujusquam persona praetermittendum est, quod institutis generalibus continetur, nec putandus est honor ille legitimus qui fuerit (*contra divinae legis praecepta*) de praevaricatione collatus. Dicente enim Apostolo, ut inter electionis regulas is episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum fuisse aut esse constiterit, tam sacra semper habita est ista praeceptio, ut etiam de muliere sacerdotis eligendi eadem intelligeretur seryanda conditio, ne forte illa priusquam in matrimonium ejus veniret, qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta conjugium. ¿Quis igitur dissimulare audeat quod in tanti sacramenti perpetratur injuriam, quum hic magno venerandoque mysterio, nec (*ne*) legis quidem statuta defuerint, quibus evidenter est definitum, ut virginem sacerdos accipiat, et alterius torum nesciat conjugis, quae uxor est futura pontificis? Jam tunc enim in sacerdotibus figurabatur Christi et ecclesiae spirituale conjugium, ut quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa Verbi (*Christi*) non alium virum nosse quàm Christum, qui meritò unam elegit, unam diligit, et aliam praeter ipsam suo consortio non adjungit. Si ergo etiam in veteri testamento haec sacerdotalium conjugiorum forma servata est; quantò magis sub revelata (*evangelii*) jam gratia constituti apostolicis debemus servare praeceptis, ut quamlibet quis bonis moribus praeditus et sanctis operibus inveniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad diaconii gradum, vel ad presbyterii honorem, vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse constiterit? Monente verò Apostolo, atque dicente: *Hi autem probentur primo, et sic ministrent.* ¿quid aliud intelligendum putamus; nisi ut in his profectionibus non solum matrimoniorum privilegia (*castimoniam*), sed etiam laborum merita cogitemus, ne aut a baptismo rudibus, aut

esté en órden y regularidad, ¿con cuánta mas razon debe trabajarse para no errar en la eleccion del que se constituye sobre todos los grados? Pues sin duda alguna peligrará el estado y órden de toda la familia, si no se halla en la cabeza lo que se requiere en el cuerpo. ¿En dónde está pues aquel precepto del bienaventurado apóstol San Pablo dictado por el espíritu de Dios, en virtud del cual en la persona de Timoteo se instruye á todos los sacerdotes de Cristo, y por consiguiente se dice á cada uno de nosotros: *No impongas la mano de ligero, ni comuniques con los pecados ajenos?* ¿Y qué es *no imponer las manos de ligero*, sino dar el honor á los que no están probados antes de la edad madura, antes del tiempo del exámen, del mérito del trabajo, ó de la práctica de la disciplina? ¿Y qué es *comunicar con los pecados ajenos*, sino constituirse tal el ordenador, cual es aquel que no mereció ser ordenado? Y así como recoge para sí el fruto de una buena obra el que busca un juicio recto para la eleccion de sacerdote, del mismo modo se causa á sí mismo un gran daño, el que encumbra á un indigno al colegio de su dignidad. No debe prescindirse de exigirse en ninguna persona lo que se contiene en los estatutos generales, ni debe juzgarse por legitime aquel honor que se hubiere concedido por praevaricacion. Porque diciendo el Apóstol que entre las reglas de eleccion se tenga presente ordenar de obispo al que constare haber sido casado, ó serlo en la actualidad con una sola muger, se tuvo por tan sagrado este precepto, que se creyó que debia hacerse extensiva esta condicion aun á la muger del que habia de ser elegido sacerdote; no fuera que ella, antes de haberse casado con el que no habia tenido otra, hubiera estado unida con otro. ¿Y quién se atreverá á disimular lo que se hace en injuria de un tan gran sacramento, cuando á este grande y venerable misterio no le han faltado los estatutos de la ley, por los que se definió con evidencia que el sacerdote se casara con una virgen, y que no haya estado casada con otro la que ha de ser muger del pontífice? Entonces pues ya se representaba en los sacerdotes el matrimonio espiritual de Cristo y de la iglesia; y toda vez que el varon es la cabeza de la muger, aprenda la esposa del Verbo á no conocer otro varon que á Cristo, el que con razon eligió una, ama á una sola, y no admite sino á ella en su compañía. Y si aun en el antiguo Testamento se observó esta forma acerca de los matrimonios de los sacerdotes, ¿con cuánta mas razon nosotros, que estamos ya constituidos bajo el imperio de la gracia revelada, debemos obedecer á los preceptos apostólicos, de modo que aunque uno esté adornado de buenas costumbres, y haya hecho santas obras, sin embargo, no ascenderá al diaconado, presbiterado ni episcopado, si fuere biga-

a seculari actu repente conversis officium pastorale credamus, quum per omnes gradus militiae christianae de incrementis profectum debeat aestimari, an possint cuique majora committi? Merito beatorum patrum venerabiles sanctiones, quum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuerunt, quorum omnis aetas a puerilibus exordiis usque ad proveciores annos per disciplinae ecclesiae stipendia cucurrisset, ut uniuersis testimonium prior vita praeberet, nec posset de eius profectione dubitari, cui pro laboribus nullis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci praemium deberetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est pervenire, et notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant; quam diligens et quam prudens habenda est dispensatio divinorum munerum et coelestium dignitatum, ne in aliquo apostolica et canonica decreta violentur, et his ecclesiae Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescii, et totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium, cum valde iniquum sit et absurdum, ut imperiti magistris, novi antiquis, et rudes praeferantur emeritis? In domo quidem magna necesse est ut, sicut Apostolus dixit, vasa diversa sint, quaedam aurea et argentea, quaedam verò lignea, et fictilia. Sed horum ministerium pro materiae qualitate dividitur, nec qui est pretiosorum, idem usus est vilium. Nam inordinata erunt omnia, si fictilia aureis, et lignea praeferantur argenteis. Sicut autem in ligneis et fictilibus eorum hominum species figuratur, qui nullis adhuc virtutibus nitent; ita in aureis et in argenteis hi sine dubio declarantur, qui per longum eruditionis ignem, et per fornacem diuturni laboris excocti aurum probatum et argentum purum esse meruerunt. Quibus si merces pro devotione non redditur, omnis obedientia solvitur, omnis ordo turbatur, dum in ecclesia qui nullum subierunt ministerium perverso eligentium iudicio indebitum obtinent principatum. Quum ergo inter vos tantum valuerint aut studia popularium (*popularium*), aut ambitus superborum, ut non solum laicos sed etiam secundarum uxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale provecos: nonne apertissimae (*apertissimae*) exigunt causae, ut ecclesias in quibus ista commissa sunt iudicio severiori purgemus, et non solum in tales praesules sed etiam in ordinatorum eorum digna districtio moveatur? Sed circumstat nos hinc mansuetudo clementiae, hinc censura iustitiae. Et quia universae viae Domini misericordia et veritas, cogimur secundum sedis apostolicae pietatem ita nostram temperare sententiam, ut trutinato pondere delictorum, quae constat non unius esse mensurae, quaedam definiamus utcumque toleranda, quaedam verò penitus amputanda. Eos enim

mo, ó bigama su muger? Y cuando amonesta y dice el Apóstol: *Estos pues sean probados primero, y de este modo ministren*; ¿qué otra cosa debe entenderse, sino que busquemos en estas promociones no solo los privilegios de los matrimonios, sino los méritos de los trabajos? De modo que no debemos conferir el oficio pastoral ni á los rudos, ni á los convertidos repentinamente de la vida del siglo, puesto que en todos los grados de la milicia cristiana debe atenderse á los incrementos del aprovechamiento para ver si pueden ó no encargarse á cada uno cosas mayores. Con razon pues las venerables sanciones de los bienaventurados Padres al hablar de la eleccion de los sacerdotes juzgaron idóneos para las sagradas administraciones á aquellos, cuya edad desde niños pasó por los estipendios de la disciplina eclesiástica hasta los años mayores; á fin de que la vida primera diese testimonio á cada uno, y no pudiera dudarse acerca de la justicia del ascenso de aquel á quien por sus muchos trabajos, por su pureza de costumbres y por acciones esforzadas se le debia el premio de lugar mas excelso. Y pues si es indigno llegar á los honores del mundo sin trascurrir el tiempo fijado y sin méritos en el trabajo, y si suele notarse como intrigantes á aquellos á quienes no favorecen los testimonios de probidad, ¿qué esmero y diligencia deberá tenerse en la dispensacion de los dones divinos y dignidades celestes, para que en nada se violen los decretos apostólicos y canónicos, y no se encargue el gobierno de la iglesia del Señor á los que ignorantes de las instituciones humanas y de toda humildad no quieren empezar por lo ínfimo, sino por lo mas elevado: siendo como es en extremo inicuo y absurdo que los ignorantes sean antepuestos á los maestros, los modernos á los antiguos y los rudos á los beneméritos? En una gran casa es necesario, segun dijo el Apóstol, que haya vasos diversos, unos de oro, otros de plata, algunos de madera y otros de barro: cuyos servicios se dividen segun la cualidad de la materia, siendo distinto el uso de los preciosos al de los viles; pues todo caminaria sin orden si se prefiriesen los de barro á los de oro, y los de madera á los de plata. Y así como se representa en los vasos de madera y de barro la especie de hombres que no tienen ningunas virtudes; del mismo modo en los de oro y de plata, se declaran sin duda alguna los que cocidos por el largo fuego de la erudicion, y en el horno del trabajo continuo merecieron ser oro puro, y plata de ley. A quienes si la paga no se dá en consideracion á la devocion, se destruye toda obedientia, y se trastorna todo el orden, cuando en la iglesia por perverso juicio de los electores obtienen el principado no merecido los que no desempeñaron ningun ministerio. Y habiendo tenido entre vosotros tanto valimiento ó los deseos de los populares, ó las

qui vel secundas nuptias inierunt vel viduarum se conjugio sociarunt, (b) in sacerdotio manere non patimur, et multo magis illum, qui (c) simul duarum est maritus uxorum, vel illum qui a prima uxore dimissus alteram duxisse perhibetur, privandos honore decernimus. Ceteros verò, quorum profectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium episcopalem electi (1) sunt, neque ex hoc quod uxorem habent possunt esse culpabiles, susceptum sacerdotium tenere permittimus, non praejudicantes apostolicae sedis statutis, nec praecessorum nostrorum nostrisque decretis, quibus salubriter constitutum est, ne primum vel secundum in ecclesia gradum, aut tertium quisquam laicorum quibuslibet suffragiis fultus ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat. Quod enim nunc utcumque veniabile (*patimur esse veniale*) est, inultum postmodum esse non poterit, si quisquam id quod omnino interdiciamus usurpare praesumpserit, quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione concedi amplius patiemur (*fas erit*) impunè committi.

De Donato Novatianorum episcopo, et de Maximo ex Donatistis.

II.

De Donato, obispo novaciano, y de Máximo donatista.

Queremos que Donato Salacinense, que segun hemos averiguado se ha convertido del novacianismo en union de su plebe, presida á la grey del Señor, con tal que nos dirija un escrito de su fe, en que condene el error del dogma novaciano, y confiese plenísimamente la fe católica. Respecto á Máximo, ordenado aunque reprehensiblemente, puesto que

intrigas de los soberbios, puesto que conocemos que han sido elevados al oficio pastoral no solo los legos, sino tambien los bigamos ó los maridos de viudas, ¿acaso unas causas tan claras no exigen que purifiquemos mediante un juicio mas severo las iglesias en que se cometieron estas cosas, y que no solo sean corregidos dignamente tales prelados, sino tambien sus ordenadores? Pero por unas partes nos rodea la mansedumbre de la clemencia, y por otras la censura de la justicia. Y porque todos los caminos del Señor son misericordia y verdad, nos vemos obligados en consideracion á la piedad de la sede apostólica á templar de tal manera nuestra sentencia, que examinado el peso de cada uno de los delitos, pues consta que no son iguales, debemos definir que algunas cosas son en cierto modo tolerables, y que otras es preciso que enteramente desaparezcan. No permitimos pues, que los que se casaron segunda vez, ó los que lo hicieron con viuda, permanezcan en el sacerdotio, y mucho menos aquel que simultáneamente es marido de dos mugeres, ó á quien se prueba que dimitido por la primera muger, se casó con otra, determinando acerca de estos que se les prive de los honores eclesiásticos. Mas respecto á aquellos en cuya promocion solo hay de reprehensible, que siendo legos fueron ascendidos al oficio episcopal; no pudiendo ser culpables por ser casados, permitimos que continúen en el sacerdotio recibido sin prejuzgar los estatutos de la sede apostólica, ni los decretos de nuestros predecesores, ni los nuestros, en los que se estableció saludablemente, que ningun lego, tenga los votos que quiera, asciendo al primero, segundo ó tercer grado de la iglesia hasta tanto que llegue á él por los ascensos legitimos. Pero esto que ahora se perdona, no podrá quedar sin castigo en adelante, si alguno usurpare lo que totalmente prohibimos; porque el perdon del pecado no dá licencia para seguir delinquiendo; ni consentiremos que aquello que pudo ser concedido por alguna causa, se cometa impunemente en lo sucesivo.

(b) Nec apostolica, nec legalis auctoritas sacerdotium obtinere permittit.

(c) Sicut ad nos relatum est,  
(1) Bibl. Reg. delecti,

sibiliter ordinatum, tamen si Donatista jam non est, et ab spiritu schismaticae pravitatis alienus est, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate, ita ut ipse libello ad nos edito catholicum se esse demonstret (2).

III.

De Aggaro (3) et Tiberiano, qui ex laicis fuerunt ordinati.

De Aggaro verò et Tiberiano (*Tiberio*), quorum a ceteris qui ex laicis ordinati sunt in hoc causa diversa est, quòd eorum ordinationi atroces tumultus et saevae seditiones memorantur esse famulatae, vestro iudicio cuncta committimus, ut relata habiti apud vos examinis fide, quid de supradictis statuendum sit, scire possimus.

IV.

De virginibus sacris, quae vim barbaricam pertulerunt (4).

Illae autem famulae Dei, quae integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, et potuerit corruptione carnis mens invita non pollui, minus tamen hoc illis oberit, si quod potuerunt animo non admittere doleant se vel corpore perdidisse.

V.

De statutis eanonum conservandis.

Quum itaque de omnibus, quae fratris nostri Potentii relatio continebat, plenissimè dilectionem vestram (d) videatis instructam, supererit, ut concordia obediencia salubres suscipiatis hortatus, et nihil per concertationem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus serviatis, et in nullo patiamini pia canonum decreta violari. Quae enim nunc certarum remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, justa posthac ultione plectamus.

(2) In reliquis praeter Alv.: manifestet.  
(3) Ex ceteris praeter Alv. in quo: Accaro.  
(4) [Ex reliquis praeter Alv. in quo: tulerunt.

era lego, sin embargo, si ha dejado ya de ser donatista, y ha desechado el espíritu de la pravedad cismática, no le privamos de la dignidad episcopal que de cualquier modo adquirió, con tal que demuestre que es católico por el contenido del libelo que nos remita.

III.

De Agaro y Tiberiano que siendo legos fueron ordenados.

Por ser diversa la causa de Agaro y Tiberiano, de la de los demas ordenados de entre los legos, puesto que en su ordenacion hubo atroces tumultos y violentas sediciones, lo dejamos enteramente á vuestro juicio, para que podamos saber por la relacion que nos hagais lo que debe establecerse acerca de ellos.

IV.

De las vírgenes sagradas que fueron violadas por los bárbaros.

Respecto á aquellas siervas de Dios que perdieron la integridad del pudor por la opresion de los bárbaros, decimos que serán mas plausibles en la humildad y observancia, si no tienen el atrevimiento de compararse con las vírgenes sin mancilla. Pues aunque todo pecado nace de la voluntad, y no haya podido por la corrupcion de la carne ser profanada la mente en contra de su voluntad; sin embargo obrarán mejor si se lamentan de haber perdido á la fuerza en el cuerpo, lo que no pudieron perder de intencion.

V.

Que se observen los estatutos de los cánones.

